Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



142 Cap. 29. & 30.

pceptorum uident: & diuersum colorem
prolis boni operis habeat. quia & nonnum
quam subtractâ litterae costice acutiùs in
terna considerat. Et reseruato nonnumquam
historiae tegmine, bene se in exteriobus for
mat; Uerum tamen requirendum est iuxta
historiam. quomodo pro aspectu uirgarum uariarum
uarii pecorum foetus nascebantur; Obseruat
ergo iacob tempore, quo ascendebantur pecora
& post calorem diei ad potandum auida pgebant:
Discolores uirgas ponebat in canalibus & admis
sis arietibus & hircis in ipsa potandi auiditate
oues & capras faciebat ascendi & & duplici
desiderio dum auidi bibunt. & ascenduntur ama
ribus; tales foetus conciperent. quales umbras
arietum & hircorum desup ascendentium in aquarum
specula contemplantur; & uirgis enim in canalib;
positis uarius erat & iam imaginum color. & mirum
hanc inconceptu feminarum esse naturam ut quales
prexerint siue mente conceperint, in & tremo
uoluntatis aestu, quo concipiunt: talem sobolem
procreent. cum hoc ipsum & iam in equarum greg
bus apud hispanos dicatur fieri. & quintillianus;